

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S. S. Theol. D. Pastoris ... Super
Praematurato Obitu Viri ... Dn. Clauß Howins/ Reipubl. huius Rostochiensis
Cerevisiarum ac Civis primarii P. P. Rostoch. XXIV. Novembr. Anno M.DC.LIII.
Conventus fiet hora 1. in Templo Jacobaeo**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771563744>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in C. Howin.

Rost. 1653.

23

PROGRAMMA
RECTORIS
JOHANNIS QVISTORPII,
S. S. Theol. D. Pastoris ac Professoris
in Ecclesia & Academia Rostochienfi,

SUPER PRÆMATURO OBITU

Viri Praestantissimi, Pereximij atq; integerrimi

DN. Claus Gomins/

Reipubl. hujus Rostochiensis
Cerevisarij ac Civis
primarii

P. P. Rostoch, XXIV. Novembr.

ANNO M. DC. LIII.

Conventus fiet horal. in Templo
Jacobæo.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typographi, Anno 1653.



RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS,
Theol. D. Past. & Prof. in Eccles.
& Acad. Rostochiensis.



Vidnam proh dolor vitam hancce
nostram, cujus diurnitatem, insipientes ani-
mæ tantoperè suspiciunt; quidnam inquam
aliud quotidiè experimur, quam plenam laboris
& periculi peregrinationem? quam scenam?
quid dico? scenæ imaginem? imò nihil? Quid
vota nostræ hic aliud, quam fumus, umbra, &
umbrâ minus? Qvalesnam obsecro, quibus
adeo inflati, cæteros despiciamus, spes nostræ?
dicam quod verum est, fragiles, fallaces, inanes, quæ in medio spatio sæpè franguntur, cor-
ruunt, & antè in ipsò cursu vitæ hujus brevissimæ obruuntur. Quæ
nihil aliud est, nisi velut è stramine flamma, nil nisi mare, in quò sem-
per aliqui alicundè fluctus, sæpè tempestates, & tandem & quidem
brevis, ad inevitabilem mortis scopulum, naviculæ hujus nostræ, in quâ
fumus, naufragium sequitur. Certè nil tam circumcisum, nil tam
breve, quam hominis vita etiam longissima. Quid enim magnum,
quid longum, brevi in tempore, esse potest? nempe, ut cum Platone
sapientissimo (de Republ. lib. 10.) loquar, *omne hoc tempus à pueritiâ
ad senectutis extremum, exiguum quiddam est ad univerſum, Imò verò nihil.*
Et ut cum Gregorio Nazianzeno, (Orat. 10.) qui merito Græcorum
Patrum *μερολοφωβότερος* est nuncupatus, dicam, *Vita nostra est ejus-
modi in terrâ ludus; ut cum non simus, nascamur; cum nati sumus, rursus*

dissolvantur: Insomnium fumus minime consistens, spectrum quoddam quod teneri non potest, avis prætereuntis volatus, navis in mari vestigium non habens, pulvis, vapor, rasmatusinus, flos suo tempore nascens, & sub tempore marcescens. *Homoficut senum dies eju tanquam flos agrisc efflorescis.*
O deplorandam vitæ humanæ conditionem, tanq; angustis definitam terminis! O fluxam! o fugacem! o perpetuò cursu prætereuntem vitæ mortalium sortem! *Qvalem, nec ab aliis dissimilem, in se ipso quoq; nuperrime, non absq; luctu ac mœrore omnium bonorum expertus est.* VIR PRÆSTANTISSIMUS AC PEREXIMTUS, Omniumq; virtutum quæ Civem optimum decet, decore conspicuus. DN. NICOLAUS *H D W J M* / Civis hujus urbis primarius. Qui natus est hic Rostochii, Anno 1614. die 25. Octobris, horaq; nonâ matutinâ. Patre nimirum DIETERICO *H D W J M* / Cive hujus Reipublicæ ac Centumviro laudatissimo, atq; prudentissimo. Matre ANNA Dase / fœminâ pietate & aliis virtutibus ornatissimâ. Avô paterno Virô Nobili, Generoso ac strenuo JOHANNEDIETERICO *Hordit* / Qui olim tum ob maximam longoque annorum usû consumatam rei Bellicæ experientiam, tum ob præclarissimam togâ sagoque facinora, ab Augustissimo Imperatore MAXIMILIANO, in generosissimum Ordinis Equestris cœtum cooptatus, & ab ejus ipsius sacrâ Cæsareâ Majestate ad quædam infaulta, inter CELSISSIMOS PRINCIPES ET DUCES MEKLENBURGENSES, & inter hæc Urbem suborta dissidia, felicissime sopienda ac componenda adhibitus, gloriâ sempiternam, atq; honestissimam, non solum omnium nostrum, sed & seræ posteritatis promeretur memoriam. Avia paternâ præsens noster *marceius* in hanc communem lucis usuram editus est, GERTRUDE Dobbins / Dn. ALBERTI Dobbins / Senatoris olim hujus Reipublicæ gravissimi, relicta filiâ; quam primarium fœminei sexus decus fuisse, omnes qui noverant, affirmabant, Avô materno NICOLA O Dase / etiam hujus Reipublicæ Senatore præclarissimo. Avia maternâ WIPKE *Botten* / cujusdam Senatoris ejusdem Reipublicæ primarii filiâ, fœminâ omnibus virtutibus, quæ muliebrem sexum exornant, condecoratâ. Hæc avorum & generis
claritas


charitas, ingens sane momentum affert, ad demonstrandam Civis hujus praestantissimi, famae celebritatem. Sed praecleara ipsius Virtus, omnibusque in hac Urbe manifestissima, proprio magis decore, propriisq; dotibus, quam sortis arbitrarie indultu, quam celebrantio propaginis privilegio corruscare gaudebat; non aliter ac preciosa Urbis hujus gemma, quae licet ab externam Avorum ac Proavorum gloria; non exiguum nominis splendorem mutuabatur; intus tamen multo illustriori Virtutum claritudine, ex se ipso, fulgere malebat. Nam ut a renella auspiceretate, postquam Sacramento Baptismatis, Ecclesiae DEI iniciatus fuisset, cum primò lacte eas virtutes imbiberet, à recentibus ungviculis eas virtutes apprehendere incepit, quibus pios bonosq; Rerum publicarum Cives ornatos esse convenit. Parentibus suis dilectissimis, in puerilibus annis, devotus jam praecipri Divini cultor, obsequentissimus fuit. Illisq; dum ab iis ipsis, tum ad Scholae trivialis frequentationem, tum ad Verbi Divini cultum ac observantiam sedulo exstimularetur, religiosissime paruit. Et dum nimis tempestive, Honestissimus ac pranominatus Parens ipsius, Anno videlicet 1623, & quidem funestissimo naufragio, mortalitatem hanc deposuisset, & ad illam coelestem commigrasset patriam, unicae matri suae, sibi, post obitum dulcissimi patris, à Deo Opr. Max. pio solatio non mediocri relictae, in omnibus, filialem semper obedientiam exhibuit. Quae maternam sane ac indefessam curam filii hujus gerens, eundemq; ad mercaturam (quam divinae & humanae leges permittunt; quam nemo sani incipitis, Reipublicae, sustentandaeq; hominum vitae summopere necessariam dubitavit) propensissimum esse à naturam, animadvertens, mox illum ipsum, *Lübecam*, ad Aviam propriam; & postmodum *Revaliam*, ad Dn. DANIELEM Sloyen/ Mercatorem primarium ablegavit. Cui fidelissima sane per octo annorum decursum praestitit obsequia, tantopereq; eidem suam cum summa sinceritate conjunctam probavit dexteritatem, ut ægerime ab ipso dimissus fuisset, nisi ille ipse (cum jam accrescens aetas, alios mores, aliam vitam postulaverat) ejusdem vel similis mercaturae facere periculum, propriamq; experiri fortunam in animò decrevisset. Quam etiam auspiciatus, invisit suam svavissimam, pieq; ante annos aliquot defunctam

matrem; moxq; iterum Revaliam reverfus, suam inchoatam negotia-
tionem, integerrimâ mente, summâq; diligentia continuavit. Postmo-
dum, Anno 1639. disponente sic Divinâ providentiâ, adjunxit sibi
vitæ connubialis sociam, suâq; indoli probæ ac piæ respondentem...
Wenbel Sürstenaewen/ Viri Reverendi admodum Dn. NICOLAI
Klingwichtis / Pastoris olim Terröviensis vigilantissimi relictam vi-
duam. Cum quâ 14. annos in summo thori socialis amore transegit;
ex eâq; svavissimum conjugibus ac desideratissimum fructum, nempe
tres filios & quatuor filias, ANNAM MARGARETAM, WEN-
DULAM, DIETERICHUM, ANNAM MARGARE-
TAM, ELISABETAM, NICOLAUM ET JOANNEM,
suscepit. De quibus, duæ priores filia, cum ultimâ filiâ, naturæ
antehac satisfecerunt; reliqua verò liberorum quadriga, adhuc Dei
benignitate, vitæ munere fungitur, charissimum parentem sibi præ-
reptum, madentibus oculis deplorans. Quod ulteriorem piissimè
mortui vitam concernit. Vir fuit sanè (nè prolixius lectorem mo-
ter) integerrimi, ac candidissimi pectoris, amor & voluptas hujus Rei-
publicæ, à quâ militaris Commissarii; novæ (ut vocant) Cassæ Præfe-
cturæ; ac deniq; Centum Viri muneribus honoratus, tantâ honestate,
tantâ æquitate, tantô candore, tantoq; studio, iis omnibus, ad extre-
mum vitæ halitum fungebatur; ut vivus, tum Senatus, tum Civium
amorem ingentem promeritus fuerit; mortuus verò nunc, omnium
bonorum dolorem ac lachrymas, longèqve diuturnioris vitæ vota
mereatur. Quoad vixit, & quoad fortunam suam, inter maris fluctus
ac tempestates, decenter quæsit, masculo semper animo, sæpissi-
meq; præsens, tum excepit, tum pertulit, duriores, procacis sortis in-
sultus; & jam hoc ipsô annô, per septem menses, à patriâ & à suis
absens, tum varios casus, tum varia rerum discrimina, infractâ mente,
equividem toleravit. Verum non ex ferrô vel chalybe, sed ex fragili im-
becilliq; compactus carne, opportunâq; occasione, valetudini suæ, præ-
cipuè in tali, totq; aeris injuriis obnoxio itinere prospiciendi, destitu-
tus, horrendam pravorum farraginem humorum ad se attraxit, qui ipsi
paucò post tempore, inevitabilem emigrandi attulerunt necessitatem,
vitæq; ipsius interitû subito accersiverunt. Nam cum ille tribus, præte-

rito

rito Saturni die, elapsis septimanis, ad nos iterum appulisset, se in sua
fospitate labem aliquam contraxisse sensit, & quanquam eandem pru-
denter dissimulare conatus fuerit, ne videlicet fidissimum suæ Con-
fortis pectus aliquo mœrore, antè tempus macerasset; quanquam
etiam se, ad breve quoddam terrestreq; iter accinxerit, & in feliciorẽ
viæ vitæq; successum, jucundissimò ac Sacratissimò, corporis & san-
gvinis CHRISTI JESU viaticò, elapsò, præterito die Solis, octiduo,
seipsum refecerit, atq; instruxerit. Nihilominus, à Supremò omnium
rerum Arbitro, aliam, longèq; meliorem, nempe ad cœlestem, verissi-
mamq; nostram patriam aggredi jussus viam; incurabilem inprimis
ventriculi frigiditatem contraxit, ita ut nullum amplius cibum aut po-
tum continere valuerit; tandem continuà cibi potusq; ejectione de-
fatigatus, ac prorsus enervatus, viribusq; planè prostratis, elapsis, præ-
terito die martis, octo diebus, in hypocaustò decumbere coactus, in-
eodem, proximè tunc sequenti, & jam præteritò Saturni die, horâ
mediâ Septimâ matutinâ, in verâ invocatione nostri unici Redempto-
ris, & Salvatoris CHRISTI JESU placidissimè ac piissimè ani-
mam expiravit; illiq; eam reddidit, abs quò eam commodatam acce-
perat; postquam hic vivendo ætatem XXXIX annorum, & Uni-
us mensis explevisset. Cujus optimi, omniumq; fermè in hac
Urbe Civium orè celebratissimi Civis exuvia; telluri relictæ,
cum hodiè ad horam primam, effèri ad tumulum, in Æde Ja-
cobæa paratum debeant, Vos CIVES ACADEMIÆ, offi-
ciosè & amanter invito, ut easdem comitari, supremumq; eis
humanitatis officium, partim animi adfectu, partim præsentis ac
frequenti comitatu exhibeatis. Simul DEUM clementissimum,
suppliciter orantes, ut piissimi hujus, literatisq; faventissimi Ci-
vis demortui relictam Conjugem, liberos, amicos, efficaci solatiò
erigere, singulisq; præsentem ac acerbissimum lenire animi luctum,
non dedignetur. Ad extremum, propriam etiam, mente, versantes
fragilitatem, certòq; certius vobis persuadentes, nihil esse in hoc mun-
dò adeo magnum, adeo nobile, adeo firmis munitum radicibus, in-
quod mortis violentia, vel cras, vel hodiè, vel hoc, quò scribo mo-
mentò non valeat P P. Rostochii sub Sigillo Academiæ

XXIV. Novemb. Anno M. DC. LIII.





rito Saturni die, elapsis septimanis, ad nos
fospitate labem aliquam contraxisse sensu
denter dissimulare conatus fuerit, nè vic
fortis pectus aliquò mœrorè, antè temp
etiam se, ad breve quoddam terrestreq; ite
viæ vitæq; successum, jucundissimò ac Sac
gvinis CHRISTI JESU viaticò, elapsò,
seipsum refecerit, atq; instruxerit. Nihilor
rerum Arbitro, aliam, longèq; meliorem,
mamq; nostram patriam aggredi jussus v
ventriculi frigiditatem contraxit, ità ut nul
tum continere valuerit; tandem continuà
fatigatus, ac prorsus enervatus, viribusq; pla
terito die martis, octo diebus, in hypocau
eodem, proximè tunc sequenti, & jam p
medià Septimà matutinà, in verà invocatio
ris, & Salvatoris CHRISTI JESU p
mam expiravit; illiq; eam reddidit, abs qu
perat; postqvam hic vivendo ætatem X
us mensis explevisse. Cujus optimi,
Urbe Civium ore celebratissimi Civis
cum hodiè ad horam primam, efferrè a
cobazà paratum debeant, Vos CIVES
ciosè & amanter invito, ut easdem cor
humanitatis officium, partim animi adf
frequenti comitatu exhibeatis. Simul D
suppliciter orantes, ut piissimi hujus, l
vis demortui relictam Conjugem, liberos
erigere, singulisq; præsentem ac acerbissim
non dedignetur. Ad extremum, propriam
fragilitatem, certòq; certius vobis persuaden
dò adeo magnum, adeo nobile, adeo firm
quod mortis violentia, vel cras, vel hodie,
mentò non valeat P. P. Rostochii sub
XXIV. Novemb. Anno M.

85(0)80



ffer, se in sua
eandem pru
um suæ Con
quæquam
in felicior
poris & san
olis, octiduo,
mò omnium
stem, verissi
lem inprimis
bum aut po
jectione de
elapsis, præ
coactus, in
ni die, horà
Redempto
piissimè ani
datam acce
um, & Uni
ermè in hac
uri relictæ,
in Æde Ja
IÆ, offi
mumq; eis
præsentem ac
tissimum,
tissimi Ci
caci solatiò
ni luctam,
e, versantes
hoc mun
licibus, in
ibo mo
iæ